

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput XXXVII. Continens Historiam De Sanato Daemoniaco In Synagoga
Capernaitica, Marc. I. Luc. 4.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

(Oportet me alii etiam civitatibus predicare:) manifestum inde est, eam peragrationem Galilæa primam esse. Si enim ea, quæ Matth. 4.v.23. describitur, alia esset, & præcessisset jam, potuissemus turbæ respondere: tamen jam in universa Galilæa synagogis docuisti. Sequitur ergo, unam & eandem peragrationem Galilæa esse, quæ Matth. 4.v.23. & quæ Marc. 1.v.39. describitur. Quæ observatione clarissimè jam monstrat, quomodo ordinanda sint historiæ post vocationem Petri apud Matthæum & Marcum.

Quarto, nulla aptior & convenientior potest esse *αὐλαγθία*, quam hæc, quod Christus cùm duodecim ex discipulis ad Apostolatum formandos elegisset, & suscepisset in concione mox subsecuta, proponat commonefactiones de officio Apostolorum, (*Voseptis sal terra, Lux mundi, &c.*) Item, quomodo doctrina Legis & Evangelii tradenda, & à corruptelis separanda sit. Illud verò expressè & accurate fit, in concione illa prolixa, quam Matthæus describit. Illorum verò membrorum, quæ ad officium Apostolorum pertinent, in ea concio-

ne, quæ Luke 6.v.20. & seq. describitur, nulla fit mentio. Et hæc ratio vel sola me movet, ut censem, concessionem illam, quam Matthæus describit, ponendam esse post electionem Apostolorum, & conjungendam cum concione Luc. 6.vers.20. Si enim extra illum locum in precedentibus, ante electionem Apostolorum, in Harmonia concessionem illam Matthæi posueris, & à Luke concione separaveris, absurdum videbitur, Christum de officio Apostolorum tunc, cùm nondum electi essent Apostoli, multa differere, Matth. 5. Cùm verò jam ad Apostolatum formandi, electi & suscepti essent, nullam ejus rei in concione, quæ mox subsecuta est, Luke 6.v.20. & seq. mentionem fieri. De monte verò, Matth. 5.vers.1. & de planitiæ, Luke 6.vers.17. & de aliis argumentis suo loco, ubi ad concessionem illam pervenerimus, quædam annotabimus. Jam tantum generalia quædam, de ratione ordinis, in hac parte historiarum præmittere volui. Ordine igitur jam de singulariis historiis dicemus.

CAPUT XXXVII. CONTINENS HISTORIAM DE SANATO DÆMONIACO IN SYNAGOGA CAPERNAITICA, MAR. 1. LUC. 4.

RATIO ORDINIS.

IN præcedente commonefactione ostendimus, ea, quæ in Matthæo post vocationem Petri sequuntur, non posse in Harmonia subjungi, nec ea, quæ in Luca sequuntur. Marcus enim disertè ordinem historiarum ita notat, ut non sit dubium, post vocationem quatuor illorum discipulorum proximè secutam historiam dæmoniaci. Ita enim Marcus connectit has historias: (*Illi reliktis omnibus secuti sunt eum. Et ingrediuntur (Jesus scilicet, & quatuor illi sectatores recens vocati,) Capernaum, & statim Sabbatis ingredien- synagogam,*),

docebat.) Ordo igitur historiarum & ratio Harmonia manifestè ex illa notatione Marci patet. Et Lucas quidem post ejectionem ex Nazareth describit descendum Christi in Capernaum. Sed quia in illo descensu dicit dæmoniacum sanatum: non igitur de illo descensu intelligendum est, quando habitationem suam transtulit Capernaum: Sed quando cum vocatis quatuor illis discipulis ingressus est Capernaum. Tunc enim dæmoniacum sanavit, sicut Marcus expressè scribit. Rectè igitur historiam Marci 1. & Luc. 4. coniungimus.

HISTORIA DE PRIMA EJECTIONE SPIRITUS IMMUNDI IN SYNAGOGA CAPERNAITICA, MAR. 1.

21. Καὶ εἰστορεύοντας εἰς Καπερναύμ, ἦν θέας λοις ζάλεας στού εἰσεθῶν εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐδιδάσκει.
22. Καὶ ἔξωπλήσιον ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτῶν ἦν γάρ διδάσκων αὐτῶν ὡς ἔχοις ἰχαν, καὶ ἥχι ὡς οἱ γραμματεῖς.
23. Καὶ ἦν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἀνθρώπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ αἰνεράζει.
24. Λέγων ἵα, τί ἡμῖν καὶ τοιοῦτος Ναζαρηνός; ἦλθες αἴπολεσαι ἡμας; οἶδα σε, τίς εἶ, οὐ γάρ τὸ Θεός.
25. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησος. λέγων Φίμωθητι, καὶ ἤσθε εἰς αὐτό.
26. Καὶ στραφέσαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκαθάρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ ἐξῆλθεν εἰς αὐτόν.
27. Καὶ ἐθαυμάσθησαν πάντες, ὅτε συβητεν πρὸς αὐτόν, λέγοντας τί ἐσι τοῖος; τίς οὐ διδασκεῖ ἡ παῖνη αὐτῆς, οὐταντος; καὶ λόγοι πνεύματος λοις ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει.
28. Εξῆλθε δὲ ἀκον αὐτῷ ἐνθύεις ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας.
21. Et ingrediuntur Capernaum, & statim Sabbathus ingressus in synagogam, docebat.
22. Et stupabant super doctrinam ejus. Erat enim docens eos, tanquam auctoritate praeditus, & non sicut Scribe.
23. Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immundo, & exclamavit,
24. Dicens. Sine, quid rei nobis tecum est, Jesu Nazarene! Venisti ad perendum nos? Novi te, quis sis: nimirum ille sanctus Dei.
25. Et increpavit illum Jesus, dicens: obmutesc, & exi ab homine.
26. Et cum discerpisset eum spiritus immundus, exclamans serd. voce magna, exiit ab eo.
27. Et obstupuerunt omnes ita, ut conquerirentur inter se dicens: Quid est hoc? Quæ doctrina nova hec? Quia cum auctoritate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?
28. Emanavit autem fama ejus statim in tocam undique regionem Galilæa finitimam.

LUC.

31. Καὶ πατήθεν εἰς Καπερναῦμ, πόλιν τῆς Γαλιλαῖας οὐδὲ ἦν διδάσκων αὐτὸς ἐν τοῖς σάββασι.
32. Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ.
33. Καὶ ἐν τῷ σιωπαγωγῇ ἦν ἀνθρωπός ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, οὐδὲ αὐτορεῖ Φωνῆ μεγάλη, λέγων
34. Ἐσ, τί ἡμῖν καί σοι, Ἰησοῦ Ναζαρηνῷ; ἢλθες αἴπολέσαι ἡμᾶς; οὐδέ σε τίς εἶ ὁ ἄγιος ὁ Θεός;
35. Καὶ ἐπειδύσσοντο αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων. Φυλάρχης; οὐδὲ ἔπειδε ἀπὸ αὐτοῦ. Οὐ μίσθιον αὐτὸν τὸ δαιμονιον εἰς τὸ μέσον, εἰξῆλθεν ἀπὸ αὐτοῦ, μηδὲν βλάψαν αὐτὸν.
36. Καὶ ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας οὐδὲ συνελάλκην πρὸς ἀλλούς, λέγοντες τίς ὁ λόγος ἐστι; ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ οὐδὲ διωκειται τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, οὐδὲ ἐξέρχονται.
37. Καὶ ἐξεπορεύεται περὶ αὐτοῦ εἰς τὰντα τόπον τῆς περιχώρας.
31. Et descendit Capernaum, civitatem Galileae: ibi docebat illos Sabbatis.
32. Et stupebant super doctrinam ejus quia cum potestate conjunctus erat sermo ejus.
33. Et in synagoga erat homo habens spiritum demonis immundi, et exclamavit voce magna dicens:
34. Sine, quid tibi nobiscum est, Iesu Nazarene? Venisti ad perendum nos? Scio te, quis sis, sanctus ille Dei.
35. Et increpavit illum Iesu, dicens: Obmutesc, et exi ab eo. Et cum projectaret illum demonium in medium, exiit ab illo, nihil illi nocuit.
36. Et factus est pavor super omnes, et colloquebantur inter se, dicentes: Quis sermo hic est? Quia cum autoritate ac potestate imperat immundis spiritibus, et exirent.
37. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum undique finitima regionis.

HARMONIA HISTORIÆ DE DÆMONIACO IN SYNAGOGA CAPERNAITICA SANATO, EX DESCRIPTIONIBUS MARCI I. ET LUCÆ 4. IN UNUM CORPUS COAGMENTATA.

b Καὶ εἰσπρέσσονται εἰς Καπερναῦμ, εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαῖας b καὶ εὑθέως εἰσπλάνουν τοῖς σάββασι εἰς σιωπαγωγὴν εἰδιδάσκειν αὐτούς. h Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ: c οὐδὲν εἴχοσιν εχων, καὶ ωχ ὡς οἱ Γραμματεῖς, h Καὶ γιγνόται τῷ σιωπαγωγῇ αὐτῶν ἀνθρωπός b οὗ πνεῦμα πακαθάρτος, c ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ακαθάρτου. h Καὶ ἀπέργεται οἱ φωναὶ μεγάλη, λέγων Ἐσ, τί ἡμῖν καὶ σοι, Ἰησοῦ Ναζαρηνῷ; οὐδὲς δύσλεσσα ημάς; οὐδέ σε τίς εἶ, οὐδιος Θεός. Καὶ ἐπειδύσσεται ὁ Ἰησοῦς, λέγων. Φυλάρχης, οὐδὲν εἰσελθειεὶς αὐτῷ, c ποὺ φωναί αὐτὸν τὸ δαιμονιον εἰς τὸ μέσον, b οὐδὲ απαράξαι αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ακαθάρτον. Καὶ κράζει Φωνὴ μεγάλη, h ἐξῆλθεν αὐτῷ αὐτοῦ, c μηδὲν βλασφαντόν, h ἐνθυμεῖ θάμβος ἐπὶ πάντας, b οὐκέτι δημοφένειαν πάντες, αὐτοῖς συζητεῖν προσαύτες, c οὐ συνελάλειν πρὸς ἀλλοτριούς, λέγοντες, b πειτεῖτο; c πειλογός. ἐστι; b πει τῇ διδαχῇ ή καρπον αὐτοῦ; c οὐτεὶς εἴχοσιν διωδεικεῖν τοῖς πνεῦμασι τοῖς ακαθάρτοις ἐπιτασσει, b η ὑπακούσαις αὐτῷ, c οὐχέτερον τὸ Γαλιλαῖας. c οὐδὲν εἰπορεύεται πάκος πειτεῖτο; αὐτῷ αὐτοῦ εἰς πάντας τόπους τὸ περιχώρας.

c Et divulgabatur rumor de ipso in omnem locum undique finitima regionis.

Perioda huius Historiae.

Lucas post ejectionem Iesu ex Nazareth subiicit hanc historiam. Et quia Capernaum ad littus maris sita erat, ideo Iesum descendisse dicit. Quia vero addit, tunc factum miraculum in dæmoniaco, id circò Lucæ textus ita intelligendus est: Descendit ex Nazareth, & post vocacionem quatuor Discipulorum venit Capernaum. Propterea verbum Lucae (Descendit) conjunxit cum historia Matth. 4. vers. 13. de relicta Nazareth. Hoc loco enim ex littore vel a mari non propriè potest dici descendisse in civitatem, sed è contrario ex civitate descenditur ad mare; vel verbum κατῆλθε hoc loco accipiendo est, proredit vel remigravit Capernaum: sicut alijs verbum illud in græca lingua usurpatur. Quia vero

Harm. Tom. I.

Marcus addit, (Et statim Sabbatis ingressus synagogam,) videtur significare, vocationem illorum discipulorum factam Prosabbato, & (statim,) hoc est, die proximè sequenti, quæ Sabbathum fuit, fanationem dæmoniaci factam. Uterque vero Marcus & Lucas ita loquuntur: τοῖς σάββασι, (Sabbatis:) indicantes, Christum non semel, unico hoc Sabbatho, sed semper in Sabbathis, quando fuit Capernaum, ingressum synagogam, ibi docuisse. Quæ vero capita doctrinæ fuerint, supra explicationem est.

Hæc vero capita doctrinæ Christus in suis concessionibus non perfunditorie seu frigidè, tanquam mortuam literam, recitavit, sicut scribæ de suis traditionibus disputantes faciebant, quorum doctrina

D d doctrina



Etrina nullam Spiritus majestatem aut efficaciam spirabat, nec aures piorum afficiebat, nec animum ad paenitentiam & fidem commovebat. Sed singularē auctoritatē & majestatē, non in una, quæ hoc loco describitur, sed in omnibus concionibus Christi fuisse, Evangelistæ indicant his verbis: (*Docebat ut habens ἐξορίαν, non ut scriba.*) Quam sententiam Matthæus etiam post prolixam illam concionem cap. 7. vers. ult. repetit. Recte igitur ad omnes conciones Christi referatur hæc sententia. Phrasis vero (*Docebat ut habens ἐξορίαν*: Item, *Sermo ejus erat in ἐξορίᾳ*) Latinis auribus videtur alienor esse: ex collatione vero declarari potest. Ecclesiastes enim c. 8. v. 4. eadem planè phrasim utitur de Magistratu. In verbo regis est ἡγέλω, hoc est, potentia & auctoritas. Græci reddiderunt verbo ἐξορίαν. Et Syrus hoc loco habet vocabulum ἡγέλω. In Marco ita reddidit: Docebat ut dominator, qui cum potestate praest. In Luca ita reddidit: Sermo ejus erat potestate prædictus. Unde recte intelligi potest hæc Evangelistarum phrasis. Et hanc collationem ἐργάσιας in edictis magistratum, & in verbis Christi centurio Matth. 8. vers. 9. & recte intellexit, & pulcrè accommodavit. Si enim Deus Magistratum armat, & circumdat tali auctoritate & majestate, ut dicta eorum cum obedientia suscipiantur & pondus habeant, id quod ex Antithesi intelligitur, Psalmo 106. vers. 40. Effundit contemptum super principes. Iob. 12. v. 18. Baltheum regum dissolvit: multò excellentius vocationem Christi Deus ornavit tali auctoritate & majestate, quæ sequente in animis auditorum divina majestate quadam, testimonium præberet, hunc esse Messiam divinitus missum. Sensus igitur est: Jesum in docendo peculiarem & eximiā auctoritatem & majestatem præ se tulisse: 1. Quia non ut interpres, vel alieno nomine, sed ut Dominus, propria auctoritate ex suo nomine dicebat: Amen, ego dico vobis, quæ scimus, loquimur. Sicut illi, qui cum potestate sunt, solent loqui. 2. Quia miram quandam in ἐργάσια vim & efficaciam habebat ejus sermo, Spiritu sancto per Verbum ejus corda auditorum permoveente ad paenitentiam & fidem. 3. Quia peculiari gratia, magno zelo, & libertate docebat. 4. Quia doctrinam suam miraculis confirmabat. Et hoc est, quod Deut. 18. v. 18. Deus promisit: Ponam Verba mea in ore ejus. In hac ipsa historia in fine, eadem phrasim usurpat illustri significatione, in ἐργάσια præcipit immundis spiritibus, & obediunt ei, atq; exeunt. Et Evangelistæ addunt: auditores abreptos fuisse in admirationem, & quasi in stuporem, super doctrinam Christi. Et hæc convenient cum iis, quæ Prophetæ vaticinati sunt de Messia, Ps. 45. vers. 3. Diffusa est gratia in labiis tuis. Esa. 49. v. 2. Posuit os meum quasi gladium acutum. Et Es. 50. vers. 4. Dedit mihi linguam eruditam, opportunè loqui lafis. Usurpat vero illa phrasim etiam de efficacia prædicationis Apostolica. Paulus enim 2. Cor. 10. v. 8. & 13. v. 10. describens potestatem & auctoritatem Apostolicam, utitur hoc ipso Evangelistarum vocabulo. Appellat enim ἐργάσια sibi datam ad ædificationem. Et 2. Corinth. 10. vers. 4. & 5. dicit, se instructum armis spiritualibus, quæ sunt potentia Dei, ad demoliendam o-

mnem celstitudinem, extollentem se, & ad ulcis scandam inobedientiam. Unde 1. Tim. 4. v. 11. & Tit. 2. vers. ult. Paulus inquit: Nemo te despiciat, sed argue cum omni ἀνθρώπῳ. Eodem pertinent & illæ sententia, 1. Cor. 2. v. 4. Sermo meus fuit in ostensione Spiritus & divinitatis. 1. Thes. 1. v. 5. Evangelium nostrum non fuit in sermone, sed ex divinitate. 1. Cor. 4. v. 20. Regnum Dei non est in sermone, sed in potentia. Rom. 1. v. 16. 1. Cor. 1. v. 18. Evangelium est potentia Dei.

Hæc collatio sententiarum idèo utilis est: Evangelium enim non tantum tunc habuit efficaciam, quando ministerio Christi prædicatum fuit: sed est potentia Dei, per quod Deus efficax est, etiam quando ab Apostolis & à reliquis ministris in testaceis vasis circumfertur, 2. Cor. 4. v. 7. Ideo Scriptura eadem phrasim utitur de Messia, & de reliquis ministris: Posui Verba mea in os tuum, Deut. 18. v. 18. Esa. 51. v. 16. & 59. vers. ult. In omnibus tamen Christus ῥητορεύει, id est, habet singularē & excellentem prærogativam, Colos. 1. v. 18. Sine dubio igitur singularis & eximia quædam gratia, auctoritas, majestas, efficacia, vis & potentia fuit in concionibus Christi, sicut ostendit historia, Joh. 7. v. 46. ibi satellites dicunt: Christum ita locutum, ut non potuerint ipsum comprehendere, cùm tamen idèo missi fuissent.

Altera pars hujus historiae continet descriptiōnem miraculi, de diabolo ex homine obsesto expulso. Et hæc est prima ejactio dæmonii ex homine obsesto, quæ quidem ab Evangelistis descripta est. Et propterea diabolus dicit: (*Quid tibi & nobis?*) Jesus enim in principio sui ministerii congressus quidem in deserto fuit cum Satana: sed tunc voluit ab illo tentari. Ideo divinam suam potentiam contra illum non exeruit. Nunc vero, cùm manifestius incipit ostendere, se venisse ut dissolvat opera diaboli, exclamat: (*Quid nobis & tibi?*) Singulas igitur circumstantias, quas Evangelistæ annotarunt, utile erit expendere. Docuerat Christus (*regnum Dei adesse.*) Jam ipso facto ostendit, regnum hoc Dei in eo consistere, ut regnum Diaboli destruatur, & opera ejus dissolvantur. Item Petro dixerat: (*Potius homines capies.*) Jam igitur ostendit, hoc ira fieri, ut homines à potestate Satanae convertantur ad Deum, Act. 26. v. 18. Marcus nominat Spiritum immunndum. Nevero appellatio hæc de anima flagitiis contaminata intelligatur. Lucas vocat Spiritum Dæmonii immundi. Syrus habet vocabulum θνῶ, à pollutione, inquinatione, contaminatione. Et ratio appellationis ex antithesi intelligitur. Angeli enim, qui in veritate steterunt, vocantur sancti, Marc. 8. vers. ult. & electi, 1. Tim. 5. vers. 21. Diaboli vero lapsi puritatem originalem amiserunt. Et substantiam quidem retinuerunt: (*fuenterunt enim & adhuc sunt spiritus:*) successit autem in substantiam illam puritatem spoliatam, horribilis immundus, ut non ipsi tantum & sint immundi, & immunditie delectentur, sed genus humanum conditum ad imaginem Dei sollicitant ad immunditatem, & conspurcant, actorum terrarum orbem sordibus, quæ Deo abominationi sunt, replent. Syrus in Luca reddidit *νω δε-* mon,

mon, vaftator. In Marco & Matthæo reddidit à Latina voce Divi. Dæmon autem & dæmonium Graeca sunt vocabula, à peritia & scientia dicta. Et Plato universi moderatorum vocat pū-
yisay dæmons. Homerus reliquos Deos vocat dæ-
monas. Hesiodus heroas deificatos vocat dæmo-
nas. Inscriptis verò solis malignis spiritibus hæc
appellatio tribuitur: quia Deos gentium, qui dæ-
mons appellabantur, constat, malignos spiritus
fuisse. Vide Augustin. de Civitat. Dei lib. 9. Græci
reddiderunt dæmons. Illi igitur maligni spiritus
non tantum externa tentatione per suggestio-
nes homines ad malum solicitant, & externa im-
pugnatione nocere student: sed quandoque et-
jam Deo permittente, in homines ingrediuntur,
eosque ita obdident, ut in ipsis inhabitent, mem-
bris ipsorum pro sua libidine abutentes, sensus
exterioris & interioris perturbantes, appetitum,
quò volunt, inclinantes, varia & miranda in eis &
per eos operantes. Talem obfessionem Lucas
simpliciter describit: (*Erat homo habens Spiritum
demonii immundi.*) Marcus verò peculiari phra-
siatur: (*Erat homo in spiritu immundo.*) Qua
phras, sine dubio, significare voluit, hominem il-
lum à Satana totum ita occupatum & obfessum
fuisse, ut in membris corporis & potentissimis animæ
ipius pro sua libidine abuteretur. Phras autem
inde sumta videtur, quòd Prophetæ dicuntur in
Spiritu esse, quando extra se rapti, multò augusti-
us & divinus vident, audiunt, intelligunt & faci-
unt, quam humanae naturæ conditio ferat, ut igno-
rent, an sint in corpore, an extra corpus. Ita Sime-
on dicitur in Spiritu venisse in templum. David
dicitur in Spiritu locutus. Syrus simpliciter red-
didit: In quo erat spiritus immundus. Vel potest
simpliciter accipi, sicut Joh. 5. v. 5. ægrotus dici-
tur 38 annos habere in infirmitate: aut sicut pur-
parati dicuntur, οἱ ἐν πορφυρᾷ. Item, οἱ ἐν καρποῖς.

Observetur autem, piam fuisse consuetudinem, à majoribus, sine dubio, acceptam, quòd ob-
fessi Sabbatis in synagogis adducti & admisi fuerunt propter lectionem Verbi Dei, & propter pu-
blicas Ecclesia preces. Et hunc obfessum aliquando aliquid habuisse remissionis, hinc colligitur,
quòd ingreditur synagogam. Alius enim obfessus
Marc. 5. v. 3, habitat in sepulcris.

Circumstantiae verò miraculi ejectionis ita se
habent: Christus primum docuit, & diabolus in
obfesso, non statim in principio, concionem Chri-
sti clamore suo interruptus. Utique enim & Mar-
cus & Lucas dicunt, populum obstupefactum su-
per doctrinam Christi in illa concione, quia intelli-
gebant, ipsum non ut scribas, sed cum autoritate
docere. Principio igitur diabolus in obfesso quie-
vit. Ex verbis vero diaboli colligi potest, quod
nam caput concionis vociferando interruperit:
dicit enim, (*Venisti perdere nos?*). Christus igitur,
ubi ad illud caput concionis pervenit, (*Appropi-
quavis regnum Dei?*) sine dubio instituit antithe-
tin destructionis regni Satanae. Ibi verò diabolus
magna voce in Synagoga in obfesso homine ex-
clamavit. Et verba illa, quæ ab utroque Evangelista
similiter descripta sunt, id est obfervanda sunt,
quia Paulus inquit, 2 Cor. 2. v. 10. Non ignoramus
cogitationes Satanae. Proposuit autem imaginem

Harm. Tom. I.

quandam astutia diabolica, quam luci Evangelii,
quando negare eam non potest, opponit, ut et-
jam vera dicendo fallat.

Exa, Lutherus cum veteri interprete reddidit
pro imperativo à verbo εἴσει σιγε, Halt! Et ita et-
jam Grammatici, Suidas & Varinus exponunt per
οὐχίσαι. Et sententia non male convenit: (*Mis-
sos nos facias: quid enim nobis & tibi, quod venisti ad
perdendum nos.*) Atque ita Syrus reddidit, relinque
vel dimite me. Reliqui interpretes accipiunt pro
interjectione, præ dolore exclamantis. Ebraica
enim vocabula פְּנֵי, פָּנִים, יְהִי, יְהִי, à Græcis varie
reditta sunt, Ezech. 30. v. 2. וְאַתָּה Jos. 7. vers. 7, tan-
quam particula deprecantis redditur δέουμαι. Jud. 6.
vers. 22. ωρα. Job. 19. v. 5. Græci interpretes ponunt
εά δὲ, licet ibi talis vocabula in Ebraeo non sit. Et in
communi lingua Græca εἴπληξες θηριόματα sunt
ά, α, εά, εα. Ultraque autem interpretatio sensui
convenit. Diabolus igitur præsentiam, vim, & po-
tentiam Filii Dei, que in illa concione se exere-
bat, nonferens, sed ea se torqueri sentiens, ita ex-
clamavit. Non autem subtiliter disputabo, an di-
abolus planè ac verè agnoverit, Jesum esse Messia-
m, an verò ex conjecturis quibusdam suspicatus
hoc sit, cùm Paulus dicat, 1. Cor. 2. v. 8. Si principes
hujus seculi cognovissent, nunquam Dominum
gloriarum crucifixissent. Sed id, quod utilius est, ob-
servabimus, quod scilicet Jacobus tradit, c. 2. v. 19.
quid intersit inter fidem dæmonum, & fidem san-
ctorum. Diabolus igitur exconcionibus Christi
& factis ejus conjecturam suspicandi cepit, ipsum
esse Messiam. Et quia ex Scriptura noverat, quod
causa & finis adventus Messiae in hunc mundum
hic sit, ut in hac vita destruat opera diaboli, alliget
fortem, arma ejus diripiatur, & spolia dividatur, & in
futuro judicio diabolum cum omnibus suis abiciat
in abyssum, & in ignem æternum. Ideò Inter-
rogative inquit: (*Venisti perdere nos?*) Quidam le-
gunt assertivè, Venisti perdere nos: sed propter
præcedentem quæstionem, videntur & hæc ver-
ba quæstivè legenda: (*An venisti perdere nos?*) Et
perditio illa intelligenda est i. de destructione re-
gni diaboli, Luc. ii. v. 22, & de dissolutione operum
ejus, 2. de finali damnatione, quando in abyssum
mittentur, Luc. 8. v. 31. Matth. 25. v. 41. Chrysostomus
mutur hic similitudine, sicut servus fugitivus,
si post multum temporis incidat in conspectum
herisui, nihil aliud quād de verberibus & tormentis
cogitare potest: ita conscientiam defectionis
diaboli expressissime hanc vocem. Beda existimat,
potentiam Christi quasi necessitate quadam ab
invito diabolo extortissime illam etiam confessionem,
ubi dixit: (*Novite, quis sis, o ἄγιος sanctus ille Dei.*)
Quæ vox peripherais fuit Messia vulgaris tunc &
usitata. Aaron enim figura Christi, Psal. 106. v. 16.
vocatur sanctus Domini. Et Exod. 28. v. 36. in la-
mina aurea, quam Pontifex in fronte gerebat, scri-
ptum erat: Sanctum Domini. Et Dan. 9. vers. 24.
Massias expressè vocatur: Sanctus sanctorum. Et
Ps. 16. v. 10. Non dabis, sanctum tuum videre cor-
ruptionem. Ideò articulus οἱ ἄγιοι, Sanctus ille
Dei. Syrus in fine addit π, quæ particula semper
mysterium subindicat.

Observa autem technas, quomodo diabolus
vera dicendo, quando ea negare vel non audet,
vel non potest, conetur fallere, & ea depravare.

D d 2 Inquit

Inquit enim, (*Quid nobis & tibi?*) De phrasi hac diximus, cum explicaremus historiam Johannis de nuptiis in Cana. Senus igitur est: quid causa habes, aut quid juris tibi sumis contra nos? quare nos invadis & regnum nostrum perturbas? Cures qua tua sunt, & nos sine molestia missos facias. Habeas tuum regnum, relinquas nobis nostrum. Observeretur hoc diligenter. diabolum velle tolerare doctrinam de sancto Dei, & quidem ipsum hanc vocem sonare, si modò sua in pace retinere possit. (*Novi*, inquit, & ipse fateor, *te esse sanctum Dei*:) tantum missos nos facias in nostro regno. Illa enim commendatione voluit dæmon Iesum delinire, ut ab expulsione ejus abstineret. Hæc diabolica machinatio multa habet exempla, præser-
tim in conciliationibus religionum. Retineatis sanè, inquiunt, & soneris puram doctrinam, tan-
tum adversariam partem missam facite, quid no-
bis & vobis? cureris vestram religionem: non ex-
agitetis nostram. Est & hæc obserratio diligenter
notanda, verè esse illusionem Satanæ, quando ha-
bemus & confitemur sanam doctrinam, & interea diabolo regnum suum, sive in pravis religio-
nis opinionibus, sive in mala vita relinquimus:
ita ut illud non oppugnemus, idque sive in nobis,
sive in aliis. Et hæc est diaboli fides, de qua Jaco-
bus loquitur, quam duo habere ex hac historia
colligitur: 1. Agnoscent Christum contremiscit,
cum inquit: (*Venisti perdere nos?*) 2. Nescio quid
sibi promittit seu potius fingit, cum ex superba
impudentia inquit: (*Missos nos fac, quid nobis & tibi?*) Consideretur & hoc, quod non dicit, quid
tibi & nobis? sed, (*quid nobis & tibi?*) Obliquè
enim significat, se velle pacem cum Christo cole-
re, & cursum Evangelii ipsius non impedire, si
modo non oppugnet, vastet & perdat regnum Sa-
tanæ. Et revera pugnantia sunt in verbis his Sata-
næ: (*Venisti ad perdendum nos? & missos nos facias. quid nobis & tibi?*) Et tamen in multorum Christianorum vita hæc illusio Satanæ conspicitur.
Doctrina sonat, & fides ipsorum constetur hanc
fententiam Johannis: Filius Dei venit, ut destruat
opera diaboli. In vita vero ipsorum hæc Satanæ
vox sonat, *ea*, missos nos fac, quid nobis & tibi?
Horribilis sanè est superbia diaboli, cum fatetur,
Venisti perdere nos, quid tamē superbe inquit:
Sine nos, quid nobis & tibi? Utinam vero in Dia-
bolo solo hæc impudentia existeter: nunc vero
in multis etiam, qui externa professione sunt
membra Ecclesiæ, hunc lusum ludit. Fatentur
enim, Christum esse judicem vivorum & mortuorum:
& tamen quando vocantur ad penitenti-
am à Christo, responsant: Omitte nos, quid no-
bis & tibi?

Huius autem suo artificio diabolus attexit duas calumnias: altera est, quod Jesum appellat (*Nazarenus*.) Alludit enim ad illud, quod non in Nazareth, sed in Bethlehem Messiam nascitum prædictum erat. Item, ex Galilæa Prophetam non surrexit. Num ex Nazareth aliquid boni? Altera calumnia est, quod confitetur, Jesum esse (*sanc-
tum illum Dei*), non hoc proposito, ut homines ad illam confessionem adducatur: sed ut sua confessio-
ne hominibus suspicionem injiciat, quasi doctrina & miracula Jesu aliquid commercii & societatis
cum diabolis habeant, ut qui mutuum ipsi præbe-

ant testimonium. Et ex hac officina petita fuit illa Pharisæorum calumnia: in Beelzebub ejicit dæ-
monia, sicut & altera calumnia, Joh. 7.v.41. & 52.
de Nazareth & Galilæa. Veritas igitur, quæ à Dia-
bolo sive Dei potentia exprimitur, statim ab ipso
invertitur & depravatur. Et habet ille discipulos
dociles sane, qui artificium illud imitatione statim
expriment.

Propter hanc verò causam, noluit Christus dia-
bolo, etiam cum vera quædam diceret, conces-
dere facultatem plura de se & doctrina sua dicendi,
sed verbis durioribus ipsum compescuit. Hoc
enim significat, quod Evangelistæ dicunt, (*intra-
unter virtu*.) Syrus habet verbum ΣΥΡΙΟΝ, quo-
dignificat objurgando aliquem cohibere. Et hæc suo
exemplo Christus docet, diabolum non esse audi-
endum, etiam cum vera dicit: vel, veritatem non
esse à diabolo querendam. Cum enim mendax
sit, & saluti nostra inimicus, etiam veritate al-
iquando, tanquam inescatione ad fallendum abu-
titur. Ostendit etiam, quid de illis statendum sit,
qui vera quædam falsi miscent, ut majori cum
lucro fallant. Duo autem ipsi imperat. Primum
est, Φιλιαθητη, quod plus quam simplex silentium
significat. Marci enim 4.v.39. utrumque conjun-
gitur: Tace, & obmutesce. Usurpatur autem in illa
sententia, non obturabis os bovi tritauranti, Deut.
25.v.8. & Ps. 39.v.2. significatio pulchre explicatur,
quando præter & contra voluntatem aliquis tace-
re cogitur: Imponam ori meo claustrum. Idem
enim vocabulum ibi usurpatur, quod extat Deut.
25.v.8. de obturazione oris bovis tritauranti. Un-
de Syrus hoc loco reddidit, (*Oclude os tuum*.)

Secundum est, quod diabolus imperat, ut ex ho-
mine illo obfessio exeat. Describunt autem Ev-
angelistæ, quomodo diabolus contra illud Filii
Dei imperium luctetur, & quamvis valde invi-
sus & plane repugnans, tamen ipsi parere cogatur.
Et hæc antithesis potentiam Christi reddit illu-
striorem, quæ tanta sit, ut demonibus, quantum-
vis ita potentibus, sicut describitur, Ephes. 6.v.12,
& Job. 40.v.10. formidabilis sit. Removeret etiam
suspicionem collusionis, & ostendit, quanta mol-
lis sit, hominem ex potestate Satanæ liberare &
eripere. Est enim fortis & armatus. Jussus erat di-
abolus obmutescere, sed magna voce clamans, non
tamen audet amplius loqui, sed vocem incondi-
tam testem indignationis & doloris edidit. Jussus
erat exire, sed miserum hominem discerpit. Mar-
cus enim utitur valde vehementi verbo οὐ ποτέ, re-
quid de convolutionibus Satanæ etiam alibi usurpa-
tur Marc. 9.v.26. & Luc. 4.v.42. Significat autem
propriè unguibus lacerare. Et 2.Reg. 12.v.8. Gra-
ci ita reddiderunt verbum ωγκα, quod significat
convulsionem montium, & collisionem fluctuum
maris: & ita Luc. 9.v.39. parens dicit: Convulit
ipsum cum spuma. Valde atrox itaque fuit con-
vulsio. Lucas addit, quod dæmonium miserum
obfessum elevatum projecterit usque in medium
synagogæ. Gestus igitur diaboli, cum violentia
imperii Christi, contra voluntatem suam, exire
compelleretur, Evangelistæ describere volue-
runt. Concussit obfessum, & elevatum ad terram
allisit, quasi discerpere vellit: (*sed nūt illū nōcūt*)
inquit Lucas. Quod non intelligendum est, qualis
membra obfessi nullum cruciatum ex illa convul-
sione

sione & jactatione senserint : sed quod nulla pars corporis nocumento aliquo mutilatione aut nota aliqua laesa fuerit, sicut ex tali jactatione naturali modo fieri necesse fuisset. Significat etiam, quod exente diabolo, homo statim sine laetione aliqua, & sine reliqui debilitationis integrè restitus fuerit. Hieronymus hac descriptione jactationis existimat hoc significari, quod diabolus, quando hominem ex suo imperio cogitur dimittere, tunc demum hostilius ipsum invadat, jactet, & quasi discripturus convellat. Pharao enim, quando cogitur dimittere filios Israël, tunc hostiliter persequitur eos: & diabolus contentus consurgit in scandala, sicut inquit Hieronymus. Sed ringatur sanè & insinuat, præsentefilio Dei, & efficaciam suam per Verbum, ut in hac historia, exente, nihil nocere potest.

Hæc est descriptio miraculi. Fructum vero, qui consecutus est, Evangelista ita describunt, (*Stupor cepit omnes,*) qui singula hæc, sicut gesta fuerant, ipsi & audierant & viderant. Significat autem (*θάψεσθαι,*) quando animus admiratione ita percellitur, ut quali attonitus reddatur. Recte autem fecerunt, quod miraculum illud ad doctrinæ & commendationem & confirmationem reulerunt. Coepérunt enim & in ipsa synagoga, & cum egressi essent, inter se colloqui. Et Marcus uitium pulcherrimo vocabulo (*συλλαγήν,*) quod est, collatis argumentis & sententiis per mutuas interrogations & responsiones disputando aliquid disquirere. Syrus habet: (*Querebant unus cum altero.*) Dicunt igitur: (*Quid hoc est? quod est hoc verbum?*) Quidam sentiunt, in verbis Luca Ebraïnum esse, ut verbum pro facto intelligatur, scilicet: Quale hoc factum est? vel, *Quid hoc rei est?* Theophylactus intelligit de verbo, quo Jesus dæmoni imperavit, ut exiret. Sed Marcus hoc loco *λόγον* interpretatur de doctrina Christi, ut sensus sit: Videmus illum ostensionem, quale sit hujus Doctoris Verbum, & qualis doctrina, divina scilicet, efficax, & potens contra ipsas inferorum portas. Eodem enim verbo, quo doctrinam proponit, etiam spiritibus immundis imperat, idque non per orationem, ut Exorcista, sed ut Dominus *κατέδιωκεν*, id est, pro imperio. Nec ut prestigiatores solent magicis verbis dæmonas adjurare: sed (*ἐν διώματι imperat.*) Adestit enim imperio vis, potentia, & efficacia, ut immundi spiritus excundò fateri cogantur, se hujus verbi

imperio subjectos & constrictos esse. Ex tali enim *αἰτιούσῃ* vocabula Luca *ἐξσοία & διώματι*, simplicissimè intelligi possunt. Marcus auditorum verba ita recitat: (*Quae est hec nova doctrina?*) Possunt autem hæc dupliciter intelligi, vel ut sensus sit: hæc certè est alia doctrina, quam vulgaris Scribārum. Efficaciam enim, & virtutem suam exerit, non tantum in auditorum animis: verum etiam in ipsis immundis spiritibus. Vel potest hic sensus esse: Pharisæi hanc doctrinam novitatis titulo volunt infamem reddere, & sane dissentit à receptis synagogæ opinionibus: sed certè hæc doctrina nova probatur & confirmatur talibus miraculis, quæ Verbi potentiam in ipsis etiam immundis spiritibus ostendunt. Utraque sententia vera est, sed secunda videtur plenior esse.

Addunt autem Evangelista famam de Jesu vulgaritatem. Illi enim sermones non in synagoga, nec finibus urbis Capernaum inclusi manserunt: sed propter opportunitatem loci, quia Capernaum metropolis erat, ad quam propter commercia ex variis locis homines conveniebant, fama illa, de doctrina & miraculis Christi, celeriter omnia loca, & Galilæa, & quæ fines Galilæe attingunt, implevit. Et propter hanc causam, sicut antea diximus, Christus habitationem suam transtulit Capernaum. Doctrina enim Evangelii inde facilius poterat spargi, non tantum in civitates vicinas, verum etiam in regiones finitimas; sicut hoc loco Evangelistæ testantur. Lucas simpliciter vocat *περιχώραν*. Et possit videri esse interpretatione vocabuli Galilæa, quod significat regionem circumiacentem. Marcus vero addit *τὴν περιχώραν* Galilæa. Est enim *τὸ περιχώρα* generalis appellatio de locis civitatem aut regionem circumiacentibus. Ut Genef. 13.v.10. & 11. & 19. v. 17. Græci loca Jordani circumiacentia, ubi Sodoma fuit, vocant *τὴν περιχώραν* Jordanis. Et Matthæus cap. 3. vers. 5. planè etiam ita loquitur: regionem finitiman Jordani exiisse ad Baptistam. Deut. 34.v.3. Græci vocant *τὰ περιχώρα* Jericho. Esther. 9. vers. 12. regio, quæ circa Susän metropolitana sita est, vocatur *περιχώρα*. Matth. 14. v. 35. est *περιχώρα* terra Genezareth. Et hoc loco est *περιχώρα* Galilæa. Intelligentum autem esse non ipsam tantum Galilæam, sed finitimas etiam regiones, ex fine quarti capituli Matthæi colligunt, ubi numerantur Iudea Transjordanis, Decapolis, & Syria.

IN hac historia *εἴρητος αὐτὸς Ἰησος*, sicut Eusebius loquitur, hoc est, ante quid, & post quid, (sicut Augustinus inquit,) hac historia facta sit, manifestè patet. Lucas enim dicit, Jesu, cum post sanatum dæmoniacum ex synagoga Capernaitica sur-

Harm. Tom. I.

rexisset, venisse in domum Simonis. Marcus vero adhuc certiorem notationem temporis & ordinis ponit. Post sanatum enim dæmoniactū, mox subiicit: (*Et protinus εἰ συναγογὴ εγρίθησεν, φέρεται in domum Σιμώνος.*) Eadem igitur die, post præcedens miraculum, accidit hæc historia. Cumque mox, post vo-

Dd 3

cationem